



sed ne diutius sine fructu et necessitate enagandum sit  
nobis, et exspectandam ob temporis breuitatem, nomen li-  
quoris huius praestantissimi explicare et explanare de-  
liberata ad litteram Grammaticos secuti aggrediamur,  
uidetur enim unumquodq; elementum uel littera  
propriam aliquam liquoris huius uirtutem et praestan-  
tiam demonstrare, inter quas prima uinum ualidum  
esse demonstrat, notum est omnibus, quod imprimis  
uinum nutrimentum corpori praebet, aegris sanitatem  
pristinam restituat, restitutam custodiat, et conseruet,  
conseruatam faciat, si non semper augeat, et amplificet,  
totius enim corporis membra (ut ipsa docet experientia)  
corroborat, ingenium reddit subtilius, corpora frigida  
calefacit, infrigidat calida, sicca humectat, humida  
extenuat, sed quae promissimus probemus. tanta uir-  
tutis uinum reperire est, ubi grauissimorum Virorum  
probat autoritas, quod fequentum moribus medetur,  
quin et in Arcadia uinum crescit quod fecunditatem  
hominis importat, ubi etiam teste Plinio duo uina  
crescunt, unum quo somnus conciliatur, alterum quo  
lugatur, sed quid ad haec Sacri Euangeliorum libri  
loquantur audiamus, in illis enim legimus Samaritanus  
Femini in terra iocentis uulneribus uinum ingubisse,  
uinis uulnera diluisse, cur autem uino, et non alijs  
unguentis, aut medicaminibus? quia uinum sanem